



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XXXV. Rudelinus. XXXVI. Luthvvaldus. XXXVII. Leovvaldus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

anno 600. natus, & an. 631. regnare, & tamen jam an. 525. operam restituendæ Moguntiæ tribuisse refertur. Profectò rarum prorsus naturæ beneficium, centum annis priùs jam regnare, aut operari, antequam nasci. Verùm levior hic inter plures Hübneri defectus facile illi condonatur.

SECULUM VII.

XXXV. Rudelinus, aliis Rudhelmus, sedit an. 10. sub Bonifacio III. & IV.

XXXVI. Luthvvaldus, an. 11.

XXXVII. Leovvaldus an. 12. sedit,

A Trithemio communibus laudantur laudibus, alter *Christianissimus*, alter *Sanctissimus* vocatus. Floruerunt sub Pontificibus Theodo-ro I. D. Martino I. D. Eugenio I. & horum successoribus.

XXXVIII. RICHBERTVS.

R Ichbertus, quem alij dixerunt Rigbertum & Sigebertum &c. Sed an. 13. si tamen turbata tempora statuere annorum sinnunt numerum, profectò hoc seculo incertissimum.

SECULUM VIII.

XXXIX. GEROLDVS.

G Eroldus Richberti successor foris, quām domi illustrior, plūs Martem promovendo, quām mortem meditando sese consecravit totum, factus denique Martis in prælio & mortis victria. Geminis nimirum bellis Carolus Martellus, Franciæ Major Domus appellatus, tunc temporis implicitus, Burgundos ab obsessa Moguntia repulit, & inde in Thuringiam adver-

sus